

Secundus, quocienscumque vir affectat alteri mulieri | complacere ut in
corea aut in alio et si illa intencione exigit debitum a sua uxore, memorans
luxuriose de aliis, peccat | mortaliter. Sic et de muliere, quia nitebatur exire
matrimonium.

B
271a
P 90r

5 Tercius, quocienscumque vir contra constitutionem temporum ab
ecclesia, ut in ieiunio et in aliis, exigit debitum carnis a sua muliere, peccat
mortaliter. Sic et de muliere. Sed diceres: Utrum mulier tenetur | viro
obedire postulans ab ea debitum carnis in ieiunio vel in alio tempore
prohibito ab ecclesia? Respondetur, quod sit, quia *mulier sui corporis*
10 *potestatem non habet, sed vir. Similiter autem vir sui corporis potestatem*
non habet, sed mulier. Et ita faciendo mulier suo viro non peccat mortaliter,
sed vir. De quo habemus exemplum: Si Iudeus concederet michi peccuniam,
ut succeden|te septimana Iudeo dem suam peccuniam cum usura, modo
terminata septimana ego teneor Iudeo solvere et non pecco solvendo
15 usuram, sed Iudeus peccat mortaliter eam recipiendo.

E 162r

Notandum est: Quocienscumque vir et mulier excitant se mutuo ad
lasciviam carnis per vestes pulcras aut per visum et si veniunt affectus
lascivi, si potes, contineas, si non, tunc solve debitum carnis et non peccas
mortaliter. Et ideo dicit Apostolus 1^a Corinthiorum 7^o: *Aligatus es uxori?*
20 *Noli querere solutionem.* Nota: Si vir mandat mulieri, quod aptet se pulcre
ad placitum suum, mulier obedire debet viro, sed cum timore Dei. Ac si
diceret: "Si esset in voluntate mea, nollem me taliter ornare," et in isto non
peccat mulier, nam per hoc removet cogitationes malas de corde viri sui.
Similiter facit, quod vir suus non peccat mortaliter de aliis cogitando.

240

25 Quartus, quocienscumque vir non solvit mulieri debitum carnis, dum ab
eo postulaverit et eciam si vir consideraret, quod mulier vellet alibi peccare,
ambo peccant mortaliter. Sic eciam de muliere. Mulier peccat mortaliter,

1 Secundus] 2^o D, 2^{us} KP (vyhodit) 2 aut] et D | alio] alia E 3 peccat...muliere] om. D
quia] qui D 5 Tercius] 3^{us} BE (vyhodit), 3^o DP | constitutionem] institutionem D | temporum
] questionum (? neumim přečíst) P 6 carnis] carnale B 7 Sic et] Et sic E | Sic...muliere]
om. D | diceres] dicens (?) P | Utrum] om. D | viro...postulans] obedire viro postulanti D
8 vel] om. K | in²] om. BD 9 prohibito...ecclesia] ab ecclesia prohibito D | sit] sic EDP | quia
] quod E 10 sed vir] om. D | autem] autem et E | sui...potestatem] potestatem sui corporis D
corporis] cor (PCH?) E 11 habet] om. E | sed mulier] om. D 12 habemus] habetur D
concederet] excederet (inter lin. corr. concederet) P 13 Iudeo dem] ego teneor Iudeo solvere
et non pecco D 14 ego] 4^o(?) E | teneor Iudeo] Iudeo teneor E | solvere] solvere pecuniam B
15 mortaliter] om. B 16 Notandum] in marg. debitum P (vyhodit) | est] om. D | excitant]
excitaverint D | mutuo] om. E 17 carnis] carnes B 19 1a] prima P (vyhodit) | 7o] VII DEKP
(vyhodit) 20 pulcre...suum] ad placitum suum pulcre D 21 obedire debet] debet obedire E
22 diceret] dicens E | esset] essem D | me] om. E | taliter] ita B | ornare] ornari E 23 mulier]
mortaliter D | malas] nullas D | corde] cordibus K | sui] om. E 24 Similiter] Sed similiter E
25 Quartus] 4^{us} BE (vyhodit), Item D | debitum carnis] carnis debitum D 26 postulaverit]